

DESCRIPTIO
VRBIVM VNIVERSA-
LIS PARS QVARTA: IN QVA DE
NOVO ORBE SIVE INDIA Oc-
cidentalī.

NOVA FRANCIA.



Anguinai, metropolis ad fluuium eiusdem no-
minis sita: extructa ex lignis. Principem ha-
bet proprium.

Sanguinai.

Canada, ciuitas huius terræ illustris: Hinc
Bertones magnam quantitatem ferunt pelli-
um, Ceruorum, Vrforum, Caprarum alcium, &c.

Canada.

Hocchelaga, caput omnium harum regionum, non
longè à mari. Hic regnat proprius Princeps ab ipsis voca-
tus Auhoanna.

*Hocche-
laga.*

Norumbega, incolas habet humanos satis, qui faci-
em suam colorib. depingunt pulchritudinis ergo. Hanc
ciuitatem inhabitare incipiunt Galli, cum eò ante paucos
annos profectus sit Dominus de la Rocca multis Gallis
comitantibus.

*Norum-
bega.*

FLORIDA.

S. Helena, arx constructa à Ioanne Pardo, ad caput S.
Helenæ.

S. Helena.

S. Matthaus, *Cannaueralis*, arx ab Hispanis con-
structa.

*S. Mat-
thaus.*

Guatturi.

Guatturi, hodie facta est metropolis, cui praest Gubernator totius huius regionis.

Carolina.

Carolina, arx à Gallis extracta, ad mare triquetra, cuius vnum latus respicit occasum, & continentem, fossam habet & murum, nouem passuum altitudine. Alterum latus aquam respicit asseribus & trabib. munitum. Tertium latus versus meridiem continet locum munitum, in quo ædulia area magna fuit & capax XVIII. passus longa & lata. In cuius parte meridionali milites vigilias agebant. Domus in principio foliis palmarum tectæ fuerunt. Hæc arx ab Hispanis fuit diruta.

Floridanorum ciuitates.

Floridanorum ciuitates, sitæ communiter sunt propè fluentem & palis duorum hominū longitudinem æquantibus munitæ, rotundæ construuntur: vbi tamen exilis est, non coniunguntur pali, sed cochleæ modo sese ambiunt; ira autem ingressus est angustus, vt duo simul tantum ingredi possint. Ante ingressum communiter domunculæ construuntur duæ, foraminibus peruiæ, in quibus custodes seu vigiles, qui inimicorum passus etiam à longè olfaciant. Palacium Principis medium palacii locum occupat, & profundum est ad Solis calorem vitandum.

NOVA HISPANIA siue ANACHACH.

S. Stephanus.

S. Stephanus; hîc residet Gubernator huius loci.

Villaricca

Villaricca, magni negotii terra. Hîc nanque omnes merces, quæ Mexico vehuntur, in Hispaniam, & contra, quæ ex Hispania Mexicum.

Zapoteca.

Zapoteca, loco mediterraneo sita, abûdat granis & coto.

Antichera

Antichera, suum habet prælatum. Hîc antea fuit maximum templum totius nouæ Hispaniæ. Sedes erat summi

illo-

illorum sacerdotis. Sepeliebantur quoque ibi magnates præcipui totius regionis.

Coniuacan, hîc à nostris inuenta sunt aliqua sepulchra Gigantum.

Coniuacan.

Mexicum, vulgò *Temistitan*, ciuitas situm habet similem ferè Venetiis in lacu quodã, qui crescit quinquaginta annis, & aliis quinquaginta decrescit. Metropolis est nouæ Hispaniæ, & maxima totius Indiæ, quò veniens Fernandus Cortesius Regē inuenit Motezuma, quem sui vocāt Cin, hoc est, Dominum, tam potentem, vt in pompa & diuitiis posset cōparari cum quouis monarcha nostri hemisphærii, in cuius aula sæpè reperiēbātur duo millia Cacichi, hoc est, Principes vasalli, honoris ergò. Extra ciuitatem erant horti pulcherrimi, quos cū viderent Hispani, nō potuerunt satis admirari, tum ob florum odoriferorum varietatem, tum ob mirum artificium, cū planta vna cum altera ita fuerit intertexta, vt referret variorum animalium terrestrium & auium figuras. Hodie in hac ciuitate est Cancellaria, Vicerex, Archiepiscopus, Vniuersitas, Typographia, & monetaria, qua nummi cuduntur cum inscriptione *Plus ultra*. Sunt quoque hic omnia opificia & artes, quæ in Hispania. Lacus huius ciuitatis circuitum habet circiter nonaginta miliarium, ad quem tam frequens est hominum habitatio, vt maxima totius mundi censerī debeat, cū contineat vltra quadringenta milliã focorum.

Mexicū.

Mestilan; Hîc cum magna admiratione nostrorum in rupe valdè alta apparet crux quædam, cum media Luna; vna imago coloris cærulei, altera albi.

Mestilan.

Tlescala, metropolis sui districtus adeò granis abundās, vt

Tlescala.

inde nomen desumpserit, cum ea vox significet domum panis. Hodie maxima est totius Hispaniæ nouæ post Mexicum. Hic prælatus residet, regiturq; ciuitas à seipsa pluribus priuilegiis dotata, nec regem in alio cognoscunt, quàm vt singuli ex nouis frugibus collectis aliquot spicas deferant ad palacium Regium, in signum obedientiæ.

Angelo-
rum ci-
uitas.

Angelorum ciuitas, antea dicta Vacipalan, hoc est, terra serpentum. Colonia est Hispanorum.

Ciolotta.

Ciolotta, antea erat Sanctuarium Deorum illorum Gentilium.

Ottopan.

Ottopan; Hic Ferdinandus Cortese cum nongentis Hispanis deuicit exercitum Indorum, qui erat centum quinquaginta millium armatorum. Hæcque fuit maxima victoria, quam vnquam Hispani habuerunt in India.

Meccio-
acan.

Meccioacan, antea dicta *Zenzita*, metropolis regionis Meccioacanæ. Hic residet Prælatus cum propria audientia. Hic imagines conficiuntur ex plumis tanto artificio, vt naturales videantur. Hinc deferri solet Radix Meccioacana, eruiturque aurum & argentum, sulphur lapidesq; nonnulli, ex quibus conficiunt cultros pellucidos acutissimos, ita vt aciem nostrorum superent.

Tascum.

Tascum: & hic sunt mineræ insignes.

Natiuitatis
portus.

Natiuitatis portus: hinc singulis annis quatuor naues Vēdiracim versus, vbi onerantur aromatibus, pro vsu nouæ Hispaniæ. Gens est valdè ciuilis.

NOVA GALICIA.

Saliscus.

Saliscus, metropolis est loco mediterraneo sita, suum habet prælatum & concilium Regium.

Guada-

Guadalaiara, exstructa à Nonnio Gufmanno ad formam ciuitatis Hispaniæ Guadalaiara.

Guadalaiara.

Capala, hanc quidã vocarunt nouum Mexicum propter habitationes, quæ Mexicanis similes reperiiebantur: gens est armis addicta, honoriq̃ue studet.

Capala.

Coanum, in sola hac ciuitate totius Indiæ homines vna cum vxore sunt contenti.

Coanum.

CIVOLA REGNUM.

Totontoa, ab hac ciuitate nomen desumit mirabilis quidam fluuius eam alluens.

Totontoa.

Tingues, hæc obsessa à Coronando, maluit potius flammis consumi, quam incidere in manus inimicorum.

Tingues.

Ciuola, metropolis in planicie insigni sita, hæc nomen dat ipsi regno. Hic vela conficiuntur ex coto excellentissima, plurimaque & diuersorum colorum.

Ciuola.

IVCATAN.

Sidalancum, Hic solebat esse mercatus annuus insignis: concurrentibus eò mercatoribus ex variis regionibus etiam itinere mille milliarium disitis.

Sidalancum.

FVNDVRA.

Trogillum, Episcopum suum habet & Gubernatorem. Hinc vehi solet aurum; pretiosus quoq; ille liquor dictus Liquidambar.

Trogillum.

CVBA siue FERNANDINA INSVLA.

Hauana, Classis Regia: Hic solet tamdiu subsistere, donec & anni tempus & ventos habeat commoda, si modò secura & citò Hispaniam repetere debeat. Hic triremes aliquot sunt constitutæ, quæ hanc partem tutentur contra Gallos & Anglos eam infestare solitos.

Hauana.

S. Iacobus.

S. Iacobus: Hęc ciuitas extructa fuit à Iacobo Velasco, qui insulam hanc superauit. Sedes est Gubernatoris & Prælati.

BORICHEN, siue S. IOANNIS

INSVLA.

S. Ioannes

S. Ioānes: metropolis est, sedesq; Prælati & Gubernatoris.

S. DOMINICI INSVLA, siue

ISABELLA.

S. Dominicus.

S. Dominicus, ad ostium fluuij Ozama, metropolis est insulæ. Sedes est Archiepiscopalis: Residet hęc Gubernator, quę sæpe vocant Viceregem. Hęc moneta cuditur, sed non tanta quãtitate, atq; Mexici. Hęc magna negociatio auri & argenti ex Peru & Fundura allatorum, mancipiorum Æthiopum, corii bouini, Cassiæ, Guaiaci, sacchari.

IAMAICA INSVLA.

Siuilia.

Siuilia, Gubernatoris sedes; itemq; Abbatis, qui curam habet rerum spiritualium.

NICARAGVA.

Leo.

Leo, sedes est Episcopalis. Hęc quoque est audientia nomine Regis catholici.

GVATTIMALA REGIO.

Cassuca.

Cassuca, portus est maris, hinc soluitur versus Peru.

Guattimala.

Guattimala, Residentia Prælati, & Audientiæ Præsidentis huius ciuitatis, solus in hac regione authoritatem habet conferendi & tollendi officia Hispanorum.

Ciapa.

Ciapa; hęc residet Episcopus, item Gubernator, qui subest præsidenti Guattimalæ.

CASTILIA D' ORO.

Nombre de Dios.

Nombre de Dios, ciuitas ædificata à Petro Arias; Hęc

appel-

appellunt naues ex Hispania onustæ mercibus, quæ post-
ea deferuntur in Peru.

Panama, ciuitas magnæ negociationis ad mare sita, Panama.
extructa est à Petro Arias ob maximam quantitatem,
quam ibi piscantur, Sadmiarum. Sedes hoc tempore est
Gubernatoris.

CARTAGENA:

Cartagena incolis dicta *Calmar*: Similis est ciuitati Car- Carta-
tagenæ in Hispania, ideoq; ab Hispanis impositum huic gena.
est nomen. Sedes est Gubernatoris & Prælati.

Abuiba, hîc putantur ab Indis occultati esse maximi Abuiba.
thesauri.

S. Marta, ciuitas insignis; sedes est Gubernatoris & S. Marta.
Prælati.

Venezuela, ciuitas sita in sinu maris. Hîc residet alius Vene-
Prælatus & Gubernator. zuela.

Calis, ciuitas noua in insula Cubagna, extructa ab Hi- Calis.
spanis; propè hanc ciuitatem fons est odoriferus, qui in-
colarum ciuitatis sanitatem tutatur.

GRANATA NOVA.

Tunia, ciuitas huius regni maxima, valdè amœna; Tunia.
exactè sub æquinoctiali sita.

Tochaimè, ad fluuium magnum Bogota, metropolis Tochaimè
est valdè amœna, in plano sita: Hîc sedes est audientiæ,
præsidentis, Archiepiscopi, qui etiam præsidet S. Martæ.

ANDALVZZIA NOVA.

S. Spiritus, metropolis est regni. S Spiritus

Tocoiium, ciuitas insulæ S. Margaritæ, sedes Gubernato- Tocoiium.
ris cuiusdam. Hîc lapides reperiuntur arenâ attrahentes.

BRASILIA siue S. CRVX.

Pernam-
bucum.

Pernambucum, Episcopum habet proprium; residet-
que hic nonnunquam Gubernator totius Brasiliae: in hu-
ius montibus inuenitur lignum Brasilianum totius Indiae
optimum.

S. Anna E-
quitum.

S. Anna Equitum, metropolis cum suo Episcopo &
Gubernatore.

Ascensio.

Ascensio, vna ex maximis ciuitatibus est huius regio-
nis, quae plurimum creuit propter regionis fertilitatem,
aerisque salubritatem.

PERV REGNV. NOVA
CASTILIA.

S. Iacobus.

S. Iacobus, ciuitas paululum intra terram sita, metro-
polis est prouinciae Cile. Hic est audientia & proprius
praelatus.

Cocimbū.

Cocimbū, habet suum Episcopum.

Villa
diues.

Villa diues, Imperialis vocatur ab Hispanis, qui supra
plurium edes inuenerunt aquilam duobus capitibus insi-
gnitam: Hodie est vna ex optimis ciuitatibus Cilae, in qua
sunt ultra trecenta millia Indorum aedes habitantium, qui
omnes seruitia praestant Christianis.

Arechipa.

Arechipa, Colonia Hispanorum, celebris ob copiam
auri & argenti, quae eò vehitur ex Ciarchis.

Regis ci-
uitas.

Regis ciuitas, aliàs dicta *Lima*, à Valle in qua sita est.
Hic residet Cancellaria, Archiepiscopus & Vicerex. Prae-
tereà schola hic est, cui praefecti sunt Iesuitae. Non scitur
vel hic vel in vicinis locis pluuisse vnquam, imò hic perpe-
tua est aëris temperies, quam plurimi ascribunt ventis ibi

regnan-

regnantibus continuis Austrinis. Hæc ciuitas ab Hispanis supra omnes ciuitates, non Peru tantum, sed & totius Indiæ ornata est pulcherrimis palatiis & plateis. Maxima quantitas tum auri tum argenti huc defertur, ideò confluunt ad eam varii mercatores, Hispani, nec aliis quam Hispanis ibi negotiari licet: per eosdem quoq; mercatores quidquid pretiosum habet Europa, quidquid Africa, id omne ad hanc defertur ciuitatem.

Guaiachil, hæc ciuitas accepit nomen à fluuio cognomini, qui varias curat infirmitates, si quis vel aquam eius bibat, vel ea se abluat.

Guaiachil

Portus antiquus; Hæc ciuitas proprium Prælatum habet Romæ quidem missum, nominatum tamen à Rege Cathol.

Portus antiquus.

Manta; Hic Indiani incolæ soliti fuere adorare Smaragdum magni pretii, quem absconsum noluerint Hispanis ostendere, omnes ferè diris tormentis affecti intercepti fuerunt.

Manta.

Argentea, metropolis regionis Cirache; hodiè hinc est audientia & collegium Societatis Iesu.

Argentea

Pax, caput regionis Collai.

Pax.

Dindanacum, hinc ædificia maxima inueniuntur, ut non sine causa mirari quis possit, quomodo gens barbara, quæ nunquam vsa est iumentorum in ponderibus vehendis aut trahendis opera, cui vsus ferri ignotus erat, talia tamq; insignia, quæ etiam in Europa stuporem adferrent, potuerit erigere.

Dindanacum.

Cuscum, metropolis Indiarum, celebris sua magnitudine. Hinc antea resedit Inga, qui erat princeps maximus Indiæ. Postquam autem hæc ciuitas redacta est in potesta-

Cuscum.

tem Hispanorum, obsessa fuit à Foianga Tupange exercitu ducentorum millium hominum, sed Deus tutatus est ciuitatem per Angelum albo habitu vestitum pro ciuibus pugnantem. Singuli Caciche, hoc principes vasalli in hac ciuitate habuere palatium. Hic quatuor concurrunt viæ regiæ in forma crûcis: quæ est omnium earum, quæ in hisce Indiis inuentæ sunt, splendidissima. Cùm enim extensæ sunt ad duo milliarium, transeunt per montes solos æquatos, valles repletas. Prætereà ad singulas minimas distantias palatia extructa sunt Regalia: latera viarum arboribus plerunq; vmbra efficientibus munita sunt.

Sausa.

Sausa, hic multæ sunt mineræ auri, quas possident certi Hispani, ita vt quintam partem Regi Hispaniarum pendere teneantur.

Guamanga.

Guamanga; propè hanc ciuitatem magna colligitur argenti viui copia.

Casamalca.

Casamalca; Hic Franciscus Pizarus exercitu centum quinquaginta Hispanorum victoriam obtinuit contra Atabaliba, qui militem habebat incredibilem.

Paciacama.

Paciacama: Hic erat celeberrimum templum huius regni, consecratum Soli. Ex huius templi sepulchris Hispani ingentem vim auri extraxerunt.

Tomobamba.

Tomobamba, hic inuenta sunt palatia totius Peru pulcherrima, ornata picturis variorum animalium aureis & argenteis.

Chittum.

Chittum, hic est Audientia nomine Regis Catholici.

POPAIAN REGIO.

Popaian, metropolis extracta à Sebastiano Belalzar, *Popaian.*
 qui hanc regionem superavit. Hic residet hodie Gubernator; estq; sub audientia ipsius Bogota.

Cartago, ciuitas vna ex optimis huius regni: prope *Cartago.*
 quam radices adnascuntur certis arboribus, quibus Hispani vtuntur loco Rhabarbari.

FINIS DESCRIPTIONIS
 Generalis.

